



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

7. De Ruperto Abbate Tuitiensi, qui à B. Maria precibus impetrauit docile ingenium, et diuinorum intelligentiam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

D. Petrus Canisius ibidem, citans huius historiae testes Iulianum Pomerium Hispanae Ecclesiae diaconum, Rodericum Archiepiscopum Toletanum, & Ioannem Vasium Bergensem, de Hildephonso, cui apparens Deipara, vestem, qua in re diuina uteretur, nauit.

CAP. VI.

Hildephonsus, quem alij Idelphonsus & Alphonsum appellant, vir non modo vitae sanctimonia excellens, sed etiam doctrinae praestantia percelebris, qui suo saeculo haereticos ex Hispania profligauit, fuit post beatum Eugenium Archiepiscopum Toletanum ante nongentos annos, & in Magnitudine quidem colenda publiceque praedicanda perstudiosus, quemadmodum pia eius monumenta testantur. Quare cum aliquando manentis comitibus ad altare progredieretur, (suum dictu) sacrosanctam virginem sibi apparentem habuit, & in Episcopali cathedra dentem vidit, sibi que blandè loquentem diuit, sed & vestem sacram, velut diuinitatis & fauoris singularis pignus & obsequium, qua in facienda re diuina uteretur, sibi ab ipsa donatam accepit. Res per totam notam Hispaniam.

Pet. Canisius ibidem ex Ioan. Trithemio Monasterio Hirsangensi, de Ruperto Abbate Tuitiensi, qui à B. Maria precibus petrauit docile ingenium & diuinorum intelligentiam.

RVPERTUS Abbas Tuitiensis Germanus, cum primum ingenio se tardum & ad sacra discenda parum idoneum cerne- ret, opem sacrae virginis singulari studio im- plorauit, vt hanc naturae difficultatem supera- re, ac foelices in sacris literis progressus face- re posset. Cui virgo mater nocte apparēs pro- mittit & praestat, quod ille tantoperè cupie- bat, tam excellenti deinde gratia scientiaque illustratus, vt inter Germanos Theologos emi- nuerit, ac similem aetas illa non tulerit, qui & viuus & mortuus multis claruit miraculis, si- cut Trithemius aperte testatur. Nec ingratus ille fuisse videtur virgini, quam in suis mo- numentis libenter extollit, praesertim si com- mentarios eius in cantica, & opus de diuinis officijs consulamus.

*Pet. Canisius ibidem, citans Marsilium Fi-
cinum lib. 3. de relig. Christiana cap. 10. De
duobus hominibus Ancona per Deiparam
mirabiliter & integrè restitutis.*

CAP. VIII.

AVdiui equidem, inquit Marsilius, non- nulla nostris seculis, atque etiam in vr- be nostra Florentina mirabilia conti- gisse, sed quaedam occultiora. Illud certè mul- tis hominum millibus, qui & viderunt, & ad- huc viuunt manifestissimum, quod Anconae anno Domini 1470. factum, à multis fide dig- nis accepimus. Puella quaedam propter pessimi-

G 2 mam